



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

Soluer supplicio tegens ab igni.

Fors dignabitur & meis medelam

Tormentis dare, prosperante Christo,

Dulces hendecasyllabos reuoluens.

32

VITA ET PASSIO S. VINCENTII MARTYRIS, PER AVRELIVM PRUDENTIVM VIRVM

*confutarem scripta. Habetur in eius Peristephano.*

Ianua 22.

**B**EATE martyr prospera  
Diem triumpalē tuum  
Quo sanguinis merces tibi  
Corona Vincenti datur

Hic te ex tenebris seculi  
Tortore vieto & iudice,  
Euxit ad cælum dies,  
Christoque ouantem reddidit.  
Nunc Angelorum particeps,  
Luces in insigni stola,  
Quam testis indomabilis  
Riuis cruxis laueras.

Cum te satelles idoli  
Præcinctus atris legibus  
Litare diuis Gentium  
Ferro & catenis cogeret.  
Ac verba primū mollia  
Suadendo blandè effuderat  
Captator: ut virtulum lupus  
Rapturus, alludit prius.  
Rex, inquit, orbis maximus,

Qui sceptra gestat Romula,  
Seruire sanxit omnia  
Priscis deorum cultibus.

Vos Nazareni assistite,  
Rudem qui ritum spernite,  
Hæc sacra, qua Princeps colit,  
Placate fumo & victimæ.

Exclamat hic Vincentius,  
Leuita de tribu sacra,  
Minister altaris Dei,  
Septem è columnis lacteis.

Tibi ista præsent numina:  
Tu faxa, tu lignum colas:

Tu mortuorum mortuus  
Fias deorum pontifex.

Nos lucis authorem Patrem,  
Eiusque Christum filium,

Qui solus, ac verus Deus,  
Datiane, confitebimur.

Hic ille iam commotior:  
Audesne non felix, ait,  
Ius hoc deorum, & Principtum,

Violare verbis asperis?

Ius & sacramentum, & publicum,

Cui cedit humanum genus,  
Nec te iuuentæ feruida

Instans periculum permouet?

Hoc nanque decretum cape:

Autara thure & cespite

Precanda iam nunc est tibi,

Aut mors luenda est sanguine. *s. Vincenti;*  
Respondet ille altrinsecus  
*confitans respōsum.*

Age ergo quicquid virium,  
Quicquid potestatis tibi est,  
Palam reluctor. exere.  
Vox nostra quæ sit, accipe.

Est Christus, & pater Deus:

Serui huius ac testes sumus.

Extorque, si potes fidem.

Tormenta, carcer, vngulæ,  
Stridensque flammis lamina,  
Atque ipsa poenarum ultima,  
Mors Christianis ludus est.

O vestra inanis vanitas,  
Scitumque brutum Cæsaris,  
Condigna vestris sensibus  
Coli iubentis numina.

Excisa fabrili manu,  
Causi recocta & follibus:  
Quæ voce, quæ gressu carent,  
Immota cæca, clingua.

His simptuosa splendido  
Delubra crescunt marmore:  
His colla mugientium  
Percusa taurorum cadunt.

Aduint & illuc spiritus:  
Sed sunt magistri criminum,  
Vestræ & salutis aucepis,  
Vagi, impotentes, sordidi:

Qui vos latenter incitös  
In omne compellunt nefas,  
Vastare iustos cædibus,  
Plebem piorum carpere.

Norunt & ipsi, ac, sentiunt  
Pollere Christum, & viuere,  
Eiusque iam \*mox affore  
Regnum tremendum perfidis.

Clamant fatentes denique  
Pulsi è latebris corporum,  
Virtute Christi, & nomine,  
Diuique, & ijdem dæmones.

His intonantem martyrem  
Iudex profanus non tulit,  
Conclamat: os obtrudite,  
Neplura iactet improbus.

Vocem loquentis claudire,  
Raptimque lictores dare,  
Illos reorum carnibus  
Palto, manuque exercitos.

Iam faxo ius prætorium  
Conuiciator sentiat,

*Cæsaris  
brutale de-  
cretum.*

\* iubetis

*Psalmus.*

*Diligentia  
demonia*

\* iamque

*Matthew.*

*Datiani fū  
ror in fan-  
tūm Vin-  
centium;*

*Imput.*

# SURITIS

8  
VIII

5

IANVARI I XXII.

42 Impune ne nostris sibi  
Dijs destruendis luserit:  
Tibi ergo soli contumax  
Tarpeia calcentur sacra?  
Tu porrò solus obteras  
Romam, Senatum, Cæsarem?  
Vinclum retortis brachij,  
Sursum ac deorsum extendite,  
Compago donèc ossium  
Diuulfa, membratim crepet.  
Post hinc hiulcis ictibus  
Nudate costarum abdita,  
Ut per lacunas vulnerum  
Iecur retecum palpitet.  
Ridebat hæc miles Dei,  
Manus cruentas increpans,  
Quod fixa non profundiùs  
Intraret artus vngula.  
Ac iam omne robur fortium  
Euiscerando cesserat,  
Nifusque anhelus soluerat  
Fessos lacertorum toros.  
Ast ille tanto latior,  
Omni vacantem nubilo  
Frontem serenam illuminat,  
Te Christe præsentem videns.  
Quis vultus iste, prò pudor?  
Datianus aiebat furens.  
Gaudet, renidet, prouocat,  
Tortore tortus acrior.  
Nil illa vis exercita  
Tot noxiorum mortibus  
Agone in isto proficit,  
Ars & dolorum vincitur.  
Sed vos alumni carceris  
Par semper iniuctum mihi  
Cohibete paulum dexteras,  
Respireret vt laetus vigor.  
Præsticca rursùs vlcera,  
Dum se cicatrix colligit  
Refrigerati sanguinis,  
Manus refulcans diruet.  
His contrà Leuites refert.  
Si iam tuorum perspicis  
Languere virtutem canum:  
Age ipse, maior carnifex.  
Ostende, quo pacto queant  
Imos recessus scindere,  
Manus & ipse interfere,  
Riuosque feruentes bibe.  
Erras, cruenta, si meam  
Te rere pœnam sumere,  
Cùm membra morti obnoxia  
Dilancinata interfici.  
Est alter, est intrinsecus,  
Violare quem nullus potest:  
Liber, quietus, integer,  
Exors dolorum tristium.

Martyris  
fortitudo  
& constan-  
tia inuita

Hoc, quod laboras perdere  
Tantis furoris viribus,  
Vas est solutum, ac fistile,  
Quocunque frangēdum modo.  
Quin immò nunc enitere  
Illum secare, ac pletere:  
Qui perstat intus, qui tuam  
Calcat, tyranne, infaniam  
Hunc hunc laceſſe, hunc discur-  
Iniuictum \* & insuperabilem,  
Nullis procellis subditum,  
Soliq[ue] subiectum Deo.  
Haec fatur, & stridentibus  
Laniatur vncis denū:  
Cui Prator ore subdolo  
Anguina verba exibilat.  
Si tanta callum peccoris  
Prædrurat obstinatio,  
Puluinar vt nostrum manu  
Abomineris tangere:  
Saltem latentes paginas,  
Librosque opertos detegi,  
Quo secca prauum seminaris  
Iustis cremerut ignibus.  
His martyr auditis, ait.  
Quem, tu maligne, mysticis  
Minitaris ignem litteris,  
Flagrabis ipse hoc iustius.  
Romphæa \* nam cælestium  
Vindex erit voluminum,  
Tanti veneni interpretem  
Linguam peruren fulmine.  
Vides fauillas indices  
Gomorrhæorum criminum:  
Sodomita nec latet cinctis,  
Testis perennis funeris.  
Exemplar hoc, serpens, tuum eſt:  
Fuligo quem mox sulfuris,  
Bitumen & mistum pice  
Imo implicabunt Tartaro.  
His persecutor saucius  
Pallet, rubescit, æstuat,  
Insana torquens lumina,  
Spumasque frendens egredit.  
Tunc deinde cunctatus diu,  
Decernit extrema omnium:  
Igni, grabato, & laminis  
Exerceatur quæſio.  
Haec ille ſeſe ad munera  
Gradu citato proripit,  
Ipsosque pernix gaudio  
Poenæ ministros præuenit.  
Ventum ad palæstram gloria:  
Spes certat & crudelitas:  
Luſtamen ancepſ conſerunt  
Hinc martyri, illinc carnifex:  
Serrata lectum regula  
Dente infrequenti exasperat:

\* incep-  
tabiliem.

Abomina-  
tur pulu-  
naria que  
genib[us] sup-  
plicantiū  
subterne-  
batur ante  
altare ido-  
lorum.

Terret ia-  
dicem po-  
na Sodomi-  
tica in in-  
ferno ple-  
endum.

Alacritas  
per am-  
currunt.

Cui

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

25

Cui multa carbonum strues  
Vinum vaporat halitum.  
Hunc sponte concendit rogam  
Vir sanctus ore interrito:  
Spes con-  
ficitur cra-  
tem terrae,  
martyr a  
fundus.  
Ceu iam corona conscius  
Celsum tribunal scanderet.  
Subter crepante adspergine  
Scintillat excusus cenis,  
Punctisq; feruens stridulis  
Sparsim per artus figitur.  
Arvina posthinc igneum  
Impresa cauterem lauit,  
Vis vnde roris sumidi  
In membra sensim liquitur.  
Hac inter immotus manet  
Tanquam dolorum nescius,  
Tenditq; in altum lumina  
Nam vincla palmas presserant.  
Sublatus inde fortior,  
Lugubre in antrum truditur;  
Nè liber vsus lutinis  
Animaret altum spiritum.  
Est intusmod ergafulo  
Locus tenebris nigror:  
Quem faxa mersi forniciis  
Angusta clausum strangulant.  
Aeterna nox illuc latet,  
Expersa diurni sideris.  
Hic carcere horrendus suos  
Habere fertut Inferos.  
In hoc barathrum coniicit  
Truculentus hostis martyrem,  
Lignoq; plantas inserit,  
Diuaticatis cruribus.  
Quin addit & pœnam nouam  
Crucis peritus artifex,  
Nulli tyranno cognitam,  
Nec fando compertam retro.  
Fragmentis  
tebarum  
datur.  
Fragmenta testarum iubet  
Hirta impolitis angulis  
Acuminata, informia  
Tergo iacentis \* sternent.  
Torum cubile spiculis  
Armant dolores anxi:  
Insomne qui subter latus  
Mucrone pulsent obuio.  
Hac ille versutus, yatra  
Meditantis arte struxerat:  
Sed Belzebulis callida  
Commenta Christus destruit.  
Nam carceralis cæcitas  
Splendore lucis fulgurat,  
Duplexque morbus lippitis  
Ruptis \* caueris dissipit.  
Agnoscit hic Vincentius  
Adesse, quod sperauerat,  
Tanti laboris præmium,  
Christum datorem luminis.

Cernit deinde fragmina  
Iam testularum, mollibus  
Vestire semet floribus,  
Redolente nectar carcere.  
Quin & frequentes Angeli  
Stant, ac loquuntur communis:  
Quorum vnu ore augustior  
Compellat his dictis virum.  
Exurge martyr inclyte,  
Exurge securus tu*i*,  
Exurge, & almis coetibus  
Noster sodalis addere.  
Decursa iam satis tibi  
Pœna minacis munia,  
Pulchroq; mortis exitu  
Omnis peracta est passio.  
O miles inuidissime,  
Fortissimorum fortior,  
Iam te ipsa seua & aspera  
Tortuaria victorem tremunt.  
Spectator haec Christus Deus  
Compensat ævo in termino,  
Propriæq; collegam crucis  
Larga coronat dextera.  
Pone hoc caducum vasculum  
Compage textum terrea,  
Quod dissipat soluitur,  
Et liber in calum veni.  
Hac ille, sed clausas fores  
Internâ rumpunt lumina,  
Tenuisq; per rimas nitor  
Lucis latentis proditur.  
Hoc cum superet territus  
Obsessor atri liminis,  
Quem cura pernox manserat  
Seruare feralemi domum:  
Psallentes audit insuper  
Prædulce carmen martyris,  
Cui vocis instar æmulæ  
Conclauze reddit concavum.  
Pauens deinde introspicit,  
Admora quantum postibus  
Acies per artas cardinum  
Intrare iuncturas potest.  
Vernare multis floribus  
Stramenta testarum videt,  
Ipsumq; vulsis nexibus  
Obambulantem pangere.  
Implentur aures turbidi  
Prætoris hoc miraculo:  
Flet vicitus, & voluit gemens  
Iram, dolorem, dedecus.  
Exemptus, inquit, carcere,  
Paulum benignis fotibus  
Recreetur, ut pastum nouum  
Poenis refectus præbeat.  
Coire toto ex oppido  
Turbam fidelem cerneret,

c

Mollire

Deflet se vi  
Etsi à mar-  
tyre Data  
nus.

Cōsolari  
ab angelis.

# SURIUS

VIII  
5

IANVARI<sup>II</sup> XXII.

26

**Deuotio Christia-**  
**norū, &pi-**  
**us affectus**  
**erga mar-**  
**tyrem.**

**Custos car-**  
**ceris credit**

*\*cuiusmodi*

**Spirit<sup>us</sup> Via-**  
**centij vi-**  
**bor capi-**  
**scit.**

**Gen. 4**

**Matth. 14.**  
**Mat. 6.**

**Mollire \*perfultum torum.**  
**Siccare cruda vulnera.**  
**Ille vngularum duplices**  
**Sulcos pererrat osculis:**  
**Hic purpurantem corporis**  
**Gaudet cruorem lambere.**  
**Plerique vestem lineam**  
**Stillante tingunt sanguine,**  
**Tutamen vt sacrum suis**  
**Domi reseruent posteris.**  
**Tunc ipse manceps carceris,**  
**Et vinculorum ianitor,**  
**Vt ferri vetustas conscientia,**  
**Repente Christum credidit.**  
**Hic obseratis vectibus**  
**Dens<sup>x</sup> specum caliginis**  
**Splendore lucis aduenae**  
**Micuisse clausum viderat.**  
**At vero postquam lectuli**  
**Martyr quietem contigit:**  
**Aeger motarum tædio,**  
**Est mortis incensus siti.**  
**Si mors habenda \*huiusmodi est,**  
**Qua corporali ergastulo**  
**Menitem resoluit liberam,**  
**Et reddit authori Deo:**  
**Mentem piatam sanguine,**  
**Mortis lauacris inclytam,**  
**Quæ semet ac vitam suam**  
**Christo immolandam prebuit:**  
**Ergo, vt recline mollibus**  
**Reiecit auleis caput,**  
**Victor relictis artibus**  
**Cælum capessit spiritus:**  
**Cui recta celso tramite**  
**Referatur ad Patrem via,**  
**Quam fratre cœsus impio**  
**Abel beatus scanderat.**  
**Stipant euntem candidi**  
**Hinc inde sanctorum chori,**  
**Parique missus carcere**  
**Baptista Iohannes vocat.**  
**At Christiani nominis**  
**Hostem coquebant irrita**  
**Fellis venena, & liuidum**  
**Cor effaserat exulerant.**  
**Saxire inermen crederes**  
**Fractis draconem dentibus.**  
**Evasit exultans, ait,**  
**Rebellis & palmam tulit.**  
**Sed restat illud ultimum,**  
**Inferre penam mortuo,**  
**Feris cadauer tradere,**  
**Canibusve carpendum dare.**  
**Iam nunc & ossa extinxero,**  
**Nes sit sepulchrum funeris,**  
**Quod plebs gregalis excolat.**  
**Titulumque figat martyris.**

Sic frendit, & corpus sacram  
 Profanus, ah, dirum, nefas,  
 Nudum, negato tegmine,  
 Exponit inter carices.  
 Sed nulla dirarum famæ  
 Aut bestiarum, aut alium  
 Audet trophæum gloriae  
 Fœdare tactu squalido.  
 Quin si qua clangens improbe  
 Circunuolaret eminus,  
 Trucis volucris imperu  
 Depulsa vertebat fugam.  
 Nam coruus Eliæ datus  
 Olim, eiborum portitor,  
 Hoc munus implet sedulo,  
 Et irremotus excubat.  
 Hic ex frutetis proximus  
 Infestus alarum sono,  
 Oculosque pennis verberans,  
 Exegit immanem lupum.  
 Qui audient Italia  
 Ausit, rapacem bellum  
 Tauris paratam congregati,  
 Cessisse plumbis mollibus?  
 Ibat malignum murmurans  
 Leui volata exterritus:  
 Prædamque visam fugerat  
 Custodis imbellis minis.  
 Quis perfidorum credere  
 Datiane tunc sensus tibi?  
 Quantis gementem spiculis  
 Figebat occultus dolor?  
 Cum te perempti corporis  
 Virtute viuum cerneret,  
 Ipsa & impar ossibus,  
 Vacuisque iam membris minor?  
 Sed quis, tyranne pertinax,  
 Hunc importunum spiritum  
 Determinabit exitus?  
 Nullus ne te franger modus?  
 Nullus, nec vñquam desinam.  
 Nam, si ferina immanitas  
 Mansuecit, & clementia  
 Coruos voraces mitigat,  
 Mergam cadauer fluctibus:  
 Insana nunquam naufragis  
 Ignoscit vnda, & spumeum  
 Nescit profundum parcere.  
 Aut semper illic mobilis  
 Incerta per ludibriæ  
 Vagis feretur \*fluctibus,  
 Squamosa pascens agmina  
 Aut sub fragosis rupibus  
 Scabri petrarum murices  
 Inter recessus scrupoos  
 Discissa rumpent viscera.  
 Ecquis virorum strenue  
 Cymbam peritus pellere:  
 Remo,

Obicit  
 corp<sup>s</sup> ciu  
 factu ad  
 horidum  
 ne promis  
 tive colo  
 ring  
 3. Reg. 19.  
 Corpus  
 corporis  
 coheret  
 intadum  
 Vnde tri-  
 tannu cor-  
 pus mortu-  
 um sancta  
 martyris

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

27

Remo, rudente, & carbaſo,

Secare qui Pontum queas?

Rapias palustri ē cespire

Corpus, quod intactum iacet.

Leuique vēctum lembulo

Amplum per æquor auferas.

Sed complicatum sparteus

Claudat cadauer culleus:

Quem fūne connexus lapis

Præceps in altum deprimat.

At tu per vndas emices

Rorate præceps palma,

Donèc relictum longior \*

Abscondat ad spectus solum.

Hac iussa quidem militum,

Eumorphio nomen fuit,

Violentus, audax, barbarus,

Furore feruens arripit.

Funale textum conserit,

Suto quod implet corpore,

Emensus & multum freti

Inter procellas excutit.

Opræpotens virtus Dei,

Virtus creatrix omnium:

Quæ turgidum quondam mare

Gradiente Christo strauerat,

Vt terga calcans æquoris

Siccis mearer passibus,

Plantas nec vndis tingeret

Vasti viator gurgitis.

Hac ipsa virtus iusslerat

Rubrum salum dehiscere,

Patente dum fundo aridum

Secura plebs iter \* legit.

Necnon & ipsa nunc iubet

Seruire sancto corpori

Pontum quietis lapibus

Ad curua propum litora.

Saxum molaris ponderis

Vt spuma candens innat,

Tantiq[ue] custos pignoris

Fiscella fertur fluctibus

Cernunt stupentes nauitæ

Vectam remenso marmore,

Labi retrorsum leniter

Aestu secundo, & flamme.

Certant & ipsi concito

Pontum phaselo scindere:

Longe sed artus praeuolant

Telluris ad mollem sinum.

Priùs relatos denique

Humus quieta suscipit,

Quām pulsū summis nisibus,

Carina portum tangeret.

Felix amoeni litoris

Recessus ille: qui sacra

Fouens arenis viscera

Vicem sepulcri præbuit:

Secū cor-  
jus projici-  
tur in pro-  
fundū  
mare.

Mot. 8. &

Exod. 14.

\*terit  
Vbiq[ue] vin-  
citur. Vincē  
tius in ter-  
ritori & mari.

Longe an-  
te ad litus  
fasciū cor-  
pus percu-  
latur, quām  
ipsa nauitæ.

Sepulcra  
tus.

Dum cura sanctorum pia

Dæflens adornat aggerem,

Tumuloque corpus creditum

Vita reseruat posteræ.

Sed mox subactis hostibus,

Iam pace iustis redditia,

Altar' quietem debitam

Præstat beatis ossibus.

Subiecta nam sacratio,

Imamq[ue] ad aram condita,

Cælestis auram muneris

Perfusa subter hauriunt.

Siccorpus: ast ipsum Dei

Sedes receptum continet,

Cum Machabæis fratribus,

Secto Isaiæ proximum.

Simplex sed illis contigit

Corona pocnarum: quibus

Finem malorum prestitit

Mortis supremus exitus.

Quid tale sector ausus est?

Truncata nunquid corporis

Segmenta post ferram feris

Obicit, aut vndis dedit?

Num Machabæi martyris

Linguam tyrannus erutam,

\* Raptamve pellem verticis,

Auibus cruentis obtulit?

Tu solus ô b[ea]s inclyte,

Solus, bracelij duplicitis

Palmam tulisti: tu duas

Simul parasti laureas,

In morte viator aspera,

Tum deinde post mortem pari

Victor triumpho proteris

Solo latronem corpore.

Adesto nunc, & percipe

Voces precantum supplices,

Nostrī reatus efficax

Orator ad thronum Patris.

Per te, per illum carcereim,

Honoris augmentum tui,

Per vinclā, flammās, vngulas,

Per carcerealē stipitem,

Per fragmen illud testium,

Quo parta crevit gloria,

Per quem trementes posteri

Exosculamur leſtulum:

Miserere nostrarum precum,

Placatus vt Christus suis

Inclinat aurem prosperam,

Noxas nec omnes imputet.

Si ritè solennem diem

Veneramus ore, & pectori:

Si sub tuorum gaudio

Vestigiorum sternimus:

Paulisper huc tu illabere,

Christi fauorem deferens,

27

Temp[or] m  
sive altare  
eidem ex-  
truitur.

2. Mach. 7.

2. Mach. 9.

\* Ruptave

Vincit sy.  
rannum in  
morte &  
post mor-  
tem.

Author S.  
martyris  
orationes.  
apud Deū  
implorat.

Festinatas  
S. Vincentij  
martyris.

c 2 Sensus

# SURIUS

VIII  
5

IANVARII XXII.

28

Sensus grauati ut sentiant Leuamen indulgentia. Sic nulla iam refert mora, Quin excitatam nobilis Carnem resumat spiritus	Virtute perfundat pari. Ut quæ laborum particeps Commune discrimen tulit, Sit & cohæres gloriae Cunctis in æuum seculis.
---	--

**VITA S. EPIPHANII TICINENSIS EPISCOPI, EDITA AB ILLIIS SVCCESORE B. EVODIO vel Enodio Episcopo. Descripta est ex mendo so codice, omisso quibusdam, quæ ob scripturam depravatam intelligi non possent.**



22. Ianua-  
rii.  
Cap. 1.

S. Epipha-  
ni patria.  
Parentes.

Fit Lector.

Cap. 2.  
Ite Nota-  
tius.

Vt sese gef-  
ferit in iu-  
nctur sua.

Gal. 6.

Cap. 3.  
Forma cor-  
poris eius.

**I**T A M beati Epiphanius Ticinensis antistitis natus, in uoco spiritum sanctum, testem actuū eius & comitem, ut ipsius auxilio gloriam serenissime conscientia, quam eidem cessit, tradam chartis vieturis in seculo: ut exemplum prabitur virtutum, nunquam fatha moriatur. Igitur vir insignis Epiphanius oriundo Ticinensis oppidi indigena fuit, pater Mauro generatus, & matre Focaria editus, quæ sancti etiam Miocleris confessoris & Episcopi tan-gebat prosapiam, hominibus ex liquido ingenuatis fonte venientibus. Porro sub decessore suo viro in tegeerrimo Crispino pontifice cælestis militia tyro cinum fortitus, annorum termine octo Lectoris ecclesiastici suscipit officium signo ante calitus demonstrato. Nam dum esset in crepusculis lactentis infantia, fuluisse eius cunabula superno lumine videre quamplurimi, ut futura ments claritatem lustrans eum & præcedens fulgor ostenderet, secutumque splendorem in moribus iam tunc typica luce signaret.

Notarum in scribendo compendia, & figuræ variæ, verborum multitudinem comprehendentes breui affecutus, in exceptorum numero dedicatus emicuit, ce-pitque iam talis excipere, qualis possit sine bonorum obsecracione dictere. Igitur processu temporis & laboris ad sextundecimum aetatis annum diuino favore per-ductus, cana consilia in annis puerilibus meditabatur, & vernabat in illo pzx cæ-ris mater bonorum operum verecundia. Ita famulabar antistiti libens, ut si quid operis gereretur ab altero, grauiter ferret subreptum sibi fuisse feminum. Accipiebat senes grauiter, iuuenes comiter, & coercebant iam tunc facinorosus audacter. Erat primis subiectus, prioribus sancta iniungentibus obsecundas, equalibus blandis atque officiosus, sequentibus mera charitate communis: nulli se preferens, cum re ligioso cursu per cælestem tramitem omnibus anteiret. Laudationis amore vacuus, cum quotidie in eo laudanda adolescerent. Cumque res gloriae dignas per hora rum momenta consummaret, perire gloria fructum opinabatur atque mercede, si prætulissent homines, quod soli Deo exhibebat absconditè. Apostolici memor oraculi, assentationes respuens, in semetipso, teste conscientia, pro boni operis recognitione plaudebat.

Ridebant genæ, etiam cum animus mœstitudine torpuit, miranda similitudine commendabant dupliciter melia sermonum, nec non quoconque vertilis et os, serenitatem mentis nunciabat adspectus. Frons cereæ pulchritudinis & cando-ris illius, quæ solis passa radios, colorem traxit ab æthere. Nares in tanto naturaliter splendore formatae, ut illas nequirit imaginibus corpora repræsentans pictor emulari. Manus teretes, prolixæ digitæ, de quibus alienigena aliquid gauderet accipere. Statura proceritas decens, quæ eminentiam fecitura dignitatis præfiguraret in membris, nec tamen modum ornatissimæ prolixitatis excederet. Erat in codem sermonem ad doctrinam congruus, fabricatus ad blanditias. Ad intercessiones iam tunc pœnitifex, ad corripiendo singulos autoritate plenus, ad exhortandos quoque necesse fatio lepore dulcissimus. Vox sonora, succo virilis eloquentia condita: nec tam